



Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1614

[Concio] VI. 1. Discursus super differentia scripturarum sacrarum & prophanarum proœmij vice. 2. Refert adolescens propriè peccatorem, quia vterque temerarius. 3. Bellum inferunt Deo temeritate ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55916)

Exod. 4. *boni ut videam, ut videam. Aduersus omnem peccatorem*
Isa. 29. *insipientiam, oramus cuncti cum Dauide: Bonitatem*
35. *& disciplinam, & scientiam doce me. Insuper rogamus*
Luca 7. *te super omnia, ut qui mutorum linguas soluisti, si*
Mar. 7. *dis auditum dedisti plurimis, nobis in aures digitorum*
9. *mittas, impereque adaperiri; proferas tantummodum*
** Impera* ** Epheta. futurum mox ut deinceps non obsurdum*
tius est *mus ad exhortationes, neque veritatem exosam habeamus.*
Chaldai- *Tu quoque (chara iuuentus) ad incrementum*
cis, id est, *multum honoris & gloriae tuae, fuge, caue vitia quae*
apertus e- *tibi videntur propria. Et tu veneranda canities, non*
stus aper- *puerae sentis, & deliti nomen promereri velis, si seculi*
tas & au- *& ludibrio non velis esse omnibus; stude, contentus de*
dientes *dulore in adolescentiae labaris vitia. Amen.*
aures ha-
beto.

CONCIO SEXTA.

Vulgata. 2. 12. *Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater mihi*
mibi portionem substantiae qua me contingit.

Graeca. 12. *ὁ ἑπώνος ὁ νεώτερος ἀυτῶ τῶ πατρὶ, πατρὶς μου τοῦ ὑπεβάλλοντος μετρός τῆς οὐσίας.*

Syriaca. 2. 12. *Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mihi*
mibi partem qua mihi contingit ex domo patris.

ARGUMENTVM.

I. *Discursus super differentia scripturarum sacrarum & profanarum. proxiij vice. 2. Refertur adolescentens proprie peccatorem, quia vterque temerarius 3. Bellum inferunt Deo temeritate peccatores.*

Nunc aperte conspicio, Auditores, distare plerumque litteras sacras à scriptis profanis, ob id

tem doctrinae & monitorum copiam, quae ab illis desumere licet, magis quam ab alijs. Profecto scriptura illa sacra ad prophanam collata, mihi videretur Lia, respectu collectanae Rachel, utraque coniunx Iacob. ut enim Lia illa, etsi senior, non adeo dilecta erat Iacob, quod lippis esset oculis, & aspectu indecora: Rachel vero natu iunior est contra eleganti vultu, oculis gratis, & vndique micantibus, luculenter cumulata dotibus formae & urbanitatis, pellexit Iacob in amorem sui tam perditum, ut obrulerit, & compleverit septennium ministerij, aliudque septennium duplicavit ut sibi in connubij daretur sociam. Obtena, sic placuit oculis Iacob, ut alteram negligeret, & quasi despiceret. Sic Scriptura sacra in coniugium data hominibus, cum Philosophorum scriptis, ut ex illa & his concipiant & gignant fructum salutis, quanquam natu gradior & omnium prima, quia prima fronte utcumque rustica & incivilis, quia rutilantes allicientesque non habet oculos; quia ipsi nulla elegantia, nullus ornatus, fucus nullus exterior eloquentiae, parum concupiscitur ab illis; Rachel vero iunior, id est humana scriptura, quia venustam praeseferunt faciem, vultus succulentam formam, id est, comptum ornatum exterio-rem, mundum eloquentiae, quia scite instructa coloribus & elegantijs Rhetoricis; appetitur perditè, & deperitur à Iacob, id est ab omnibus hominibus qui sunt Iacob, siue vestigia, ad prosequendū quasi odore creatorem. ut verò incant cum ipsa connubium, potianturque charis amplexibus eius, ut plenariam notitiam, omnimodum assequantur intellectum, non spondent septennale obsequium, nec illud geminant solum, sed & oblongum stamen quantum quantum sic vitae suae, excurrentes de regione in regionem, uti quondam magnus ille Plato, qui superatis omnibus in palestra Philosophis docendo Athenis; adepto splendido nomine sapientis, peragravit vniuersam Aegyptum, & illam Italiae partem quae pridem dicebatur Graecia magna; persequutus est vbiq̄ litteras, & ferè vniuersum perambulavit orbem insequens fugaces scientias;

Gen. 29.
Allegoria
Lia & Rachelis.

Iacob, id est vestigium.

Hierony.
epist. ad
Paulin. de
omnibus
d. hist. lib.

Vall. 2. c. vi & Pythagoras, & magnus ille Apollonius (de quo
de Pytha- bus S. Hieronymus, S. Augustinus & Valerius Mar-
gora. quorum Pythagoras ingressus est Aegyptum, & ut vo-
Idem ibi- ueret commentarios, codices priscos, & mysteria
dem de gionis; inde transijt Babylonem, ut siderum ibi dillo-
latone. ret resolutiones; inde Cretâ; & Lacedæmonem ope-
Aug. l. 8. daturus legibus tunc tēporis celeberrimis Lycurgus
de ciu. c. 4. Minois; uti & hic Lycurgus pridē frequentaret Ca-
**Volat. l. 18.* dios, Aegyptios, & alios (prout de ipso scribit Plu-
trop. ex chus in vita eius,) quo vberius proficeret in legibus
Trogil: Quā scientiā mundana obtenta, nouit Deus vultu
20. Plut. ra Lia, Scriptura sacra fuerit neglecta. Quid negle-
tom 1. in dico? Imò despecta, ludibrio habita, risu & cachinnis
Lycurgo. excepta; subsannantibus alijs hiulcis faucibus hinc
1. Rub. id oculus eius, id est scotomiā, seu caliginē, ac si non
est. uertisset, quæ refert esse falsa & incredibilia; alijs mu-
visionis, ribus apertē deformitatem & turpitudinem cen-
vel videns guo eloquentiæ apparatus instructæ. verū notat
fitium. prouidentiam. Illi quam neglexit Iacob, speciali
Vide Au- tia, fuit fecunditas concessa, & vulua aperta, ut co-
lum Gell. ciperet & pareret; altera interim sterili & infecun-
lib. 5. noct. perstante. Despecta genuit Iacob primogenitum
Attic. ben Ruben ille filius visionis, est sensus historicus
c. 18. litteralis, aliorum fundamentum & basis. Ruben, quæ
Verrinum nobis ad oculos ponit & demonstrat iam dudum pro-
Flaccum tetita. Dico, Ruben filium visionis narrationem histo-
l. 4. de st- ricam, quod sit historia visionis filia, nec fuerit gene-
gnificatiu & antiquitus scripta per alium (inquirente S. Iudeo
verborū, quam per eum, qui interfuit, & vidit, quæ scribere vo-
Historia lebat. Lia despecta, scriptura illa sacra cōtempniti-
Græce si- bita parit nobis Ruben, id est, visionem filij; illum
gnificat enim nobis oculos & mentē, ut oculis fidei videam
rerum co- filium Dei, secundam personam in sanctissima Tri-
gnitionē, rate. Nobis cognoscendum proponit; *Ille sunt qui*
presentiū. *stimonium perhibent de me;* cuius cognitionem adipe-
Tamen est beatitudo vera & vita æterna *Hac est vita æterna*
græcum *cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti legem*
isopla *Christum Beati oculi, qui vident qua vos videtis.*
sape pro Neglecta Lia, scriptura illa sacra omnium cach-
natio v.
surparur.

nis excepta parit nobis Simeonem, id est, audientem, sue exauditionem: vbi enim docuit nos primum quid sit filius Dei, qui loquitur in scripturis, qui, & Verbū, interpret, nuntius Patris aeterni, concipit & gignit in nobis paratā voluntatem, & sedulitatem promptam praebandi aures; praeterea efficit in nobis exauditionē, id est, obedientiā legi diuinā; quod est quasi exaudire, & concedere quicquid a nobis expetit; qui aliud postulat nihil quā vt faciamus iudiciū & iustitiā. *Indica-*
bo tibi o homo quid Dominus requirat à te, utiq; facere iudiciū, & diligere misericordiā, & sollicitū ambulare cum Deo tuo. Eadē Lia despecta, tertiu gignit filiū Leui, siue sacerdotum, seu copulatum (cum Deo scilicet); nāq; post ortum Ruben, aut fidei; a nobis; post partū Simeonis, sine vbi morē gerētis legibus Dei nostri; quis oportantior sequat; rētus, quam Leui, id est copulatus & coniunctus Deo; quam esse vnum cum eo, amando, nec volorē quicquam quod non velit; quē utiq; copulatio aliud est nihil quam amare Deū; & ipsius gratia adeptum esse in hac mortali vita; eiu'dem esse voluntatis; eiu'dem opinionis; sitq; coniunctio ista coniugal'is, nato Simeone, id est, nobis morē gerētibus & adherentibus Deo nostro exequendo sacrosancta eius placita. *An nescitis quoniam qui adharet meretrici, vnum corpus efficiunt? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem adharet Deo, vnus spiritus est.* Lia itaq; illa ludibrijs omnīū exposita, egregios hos edidit partus. Quid verò adducam de disciplinis & documētis, quae saepenumero vtero gestat neglecta ista? vt vicissim cauat ut quatuor sensus, seu totidem fetus, quibus ea repleuit & impregnauit gratia sua Deus? Interim iunior altera Rachel, rutilantibus suis oculis, succulēta specie, oris ductu, insigni cōpositione exteriori, egregia corporis forma, habitu & gestu venusto iusturabatur animum Jacob: similiter scripta illa prophana nouissimē aduenientia, & à sacra scriptura multis retro seculis adiuuenta, nitore suae eloquentiae, succulentis coloribus Rhetorices, omni suo decore, interuentu quorundam Cupidinulorum, rapiunt & transferunt

2. Simeō, id est, audiens, vel exauditus.

Michae. 6

3. Leui, id est copulatus.

1 Cor. 6.

Vide Po-
lyd. Virg.
l. 3 de in-
uent. c. 6.
Iuda,

ani.

Propheta animos, in sui amorem miro modo compellunt; atque in
uit septi- men oclusa matrice perstant infœcunda, nec fru-
mus ab A- vllum producent momentosum; aut certè sœcius, de-
dâ Enoch. quem fœtum eniruntur tardè, denudò sterile scum de-
Hinc col- ceptis non valentes parere. Lia verè nostra, lippida
lige anti- fra, Scriptura sacra, nunquam defatigatur à pa-
quitatem tra- traditionis nouæ; semper vtero gestat fœtum, nulli
sacra scri- obstetricem præstolans vt pariat. Quam ob rem
ptura. etiam potest fons hortorum, iugiter fluens, & in-
tionni accommodus. Fons hortorum, puteus aquarum

Cant. 4. *viuentium, quæ fluunt impetu de Lybano.* Puteus aquarum, quæ nunquam arent, sed nascuntur & recalcantur, quo magis hauriuntur. *Flumen Dei repletum*

Psal. 64. *quis.* Aquæ sunt, atque fluunt impetu de Lybano, in te excello Syriæ secundum Ptolomæum: scaturitque

li. 5. Stra- & fluit è cælis sacra scriptura, dicente S. Joanne

bol. 16. *pocalypsi:* *Ostendit mihi Dominus flumen aquarum splendidum tanquam crystallum, in medio plateæ Ierusalem, procedentem de sede Dei & agni.*

D. Bonauentura parte 1. Opusculorum paruum in principio in libros sacrae scripturae hunc locum pocalypsis de sacra scriptura interpretatur.

Gen. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad paradysum, qui inde diuiditur in quatuor flumina.*

Ioannis 4. *Puteus altus est.*

2. Petri 1. *Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu S. inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.*

E contra, scripta prophana & mundana scripturae sunt, puteus arctus, cisterna dissipata, ne guttulae quæ continent.

Jeremix 2. *Me dereliquerunt fontem aqua viva, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.*

Prou 23. *Fouea profunda meretrix, & puteus non habet aquas, alienas.*

Neque solum scripturam sacram dicere audebitur puteum inexhaustum, sed & cum D. Gregorio in

pidè adpellabimus quasi fluuium, altum & remissum *Georg. 100.*
 in quo obambulat agnus tanquam vadans, submer- *1. l. 20.*
 gitur elephas: id est, ea est, vt simplex & idiota desumat *moral.*
 vnde proficiat; scientia verò distentus, ansam fluctuã-
 di, dubitandi, quin submergendi, non valens vnquam
 tentare vadum. Ille est fluuius, de quo dictum; *Flumi-*
nis impetus latificat ciuitatem Dei Fluuius ille est, verè *Psal. 45.*
 in exhaustus, est gurgis, est abyssus, est vastissimus O-
 ceanus, quo dicit Vates vniuersam terram oppletam.
Repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris oper-
ientes. *Isa. 11.*

Gregorius lib. 1. homil. in Ezechielem interpretatur
 de sacris eloquijs, tom. 2. *Rectè sacra eloquia visioni mar-*
is similia narrantur quia in eis sunt volumina sententia-
rum, cumuli sensuum. Fluuius ille est, de cuius profan-
 ditate disserens S. Augustinus, ait: *Tanta est Christia-*
norum profunditas litterarum, vt in eis quotidie profice-
rem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam
senectutem maximo orio, summo studio, meliore ingenio
conarer ad discere. Et paulò post: *Tum multa, tamq̃ mul-*
tiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda
proficientibus restant, tantaque non solum in verbis qui-
buz ista dicta sunt, verum etiam in rebus qua intelligenda
sunt, laet altitudo sapientia, vt annoissimis, acutissimis,
flagranti, simis cupiditate discendi hoc contingat quod ea-
dem scriptura quodam loco habet: Cum consummauerit
homo tunc incipiet. Quod aliquando exhibitum fuit
 diuino illi Vati Ezechieli, quando vidit in via templi
 quæ respiciebat ad Orientem, aquas redundantes à
 latere dextro: deinde, vir egressus est ad Orientem, ha-
 bens funiculum in manu sua, & mensus est mille cubi-
 tos, traduxitque eum per aquam vsque ad talos; rur-
 sum mensus alijs mille cubitis, traduxit eum vsque ad
 genua: & mensus alijs mille, traduxit eum vsque ad re-
 nes; denique mensus alijs mille, torrentem non po-
 tuit pertransire, quoniam intumuerant aquæ tor-
 rentis, qui non potest transuadari. An non ex-
 primuntur ibi quæ paulò ante dixi? Aquæ istæ, nun-
 quid non sunt sacrae litteræ? Elatio illa prima, qua af-
 cen-

D. Aug.
10. 2. epist.
3. ad Vo-
lusioni.

Ecclef. 18.
Ezech.
47.

Dionysius
in hunc
locum
ait,
quosdam
intellige-
re sancta
scripturâ,
alios aquâ
baptismi.

cenderunt aquæ ad talos vsque, deinde paulatim,
 nec intumuit torrens, vt tranſuadari non poſſet, aut
 inſinuant forrè ſanctam ſcripturam prima fronte
 deri facillimã, ſi quando eã pertractare attetemus;
 quò amplius immorſti, & conati fuerimus eam tra-
 fire, eò euidentius exhibere ſe; qualis eſt, ſcilicet
 byſſum ſine vado, & omnino inexhauſtam. Ego
 verò ſic ſentio: ſenſum enim exterior in decurſu
 poſitionis huius parabolæ; quam prima fronte
 traicere facile, immerſus tantummodo ad talos
 que; verum quò vltius gradum vrgere conor,
 altius me demergi ſentio, ad genua, ad tene-
 que; qui tam altè, vt verear ne tranſuadare
 queam. Quorum gratia, Auditores, ſperem quæ
 que veſtrū indultum mihi facile, ſi de uno hodie
 morer voci *adoleſcētis*, quam leuiusculè percurrere
 bitrabamur. Proſeçto, purabam à me ſufficere
 catã; ſed deprehendo me adhuc in limine ſeclè
 cõperio ſcripturas ſanctas, & earū penè ſingulas
 ones, inexhauſtas. Diçtio hæc vnica ſatis mihi com-
 bar adagij recepti veritatem; quo ferunt, ſeintelligi-
 gua ſuſcitari ſapè iogens incendium: ſeaturigine
 in riuos defluere; riuulum in torrentem emergete-
 rentem paruum in fluuiū excreſcere; & ex fluui-
 uo altū mare aſſurgere. Diçtio enim *adoleſcentior*
 ruit mihi vaſtiſſimum campum; & locum paratè
 edæ fabricæ ampliori, altiori, ſumptuoſiori multo
 ſperaueram. *Paruus fons qui creuit in fluuium*, quæ
 quas plurimas redundauit. *Lapis qui percuffus ſum-*
 factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram.
Granum ſnapis minimum ſit maius omnibus ob-
 Veſtra igitur venia, quam facile obtinuero ob
 rum ſanctarum profunditatem, dicemus reſpon-
 hac concione, quæ conformitas exiſtè inter peccato-
 rem & adoleſcentem; deinde tam temerarium
 peccatorem vt audeat bellum indicare Deo. Di-
 mus,

A V E M A R I A,

Eſther.

10.

Dan. 2.

Matt. 11.

Propoſi-

tio con-

cionis.

2. Non absre complures viri graues dixerunt pi-
 cturam & orationem in multis plurimum conuenire.
 Animaduertit enim (vt alias similitudines omittam)
 quas fuscè nunc prolequi, foret extra rem) quod quem-
 admodum in picturis nonnullis frequenter placita sunt
 intelligenda quam quæ tabula continentur; sic per
 sermones quosdam aut loquutiones breues, plerumq;
 pura comprehendimus multò, quam ipsa verba fo-
 nent. Ita esse de picturis liquet planè ex libris Plinij Ma-
 gni, qui de imaginibus Timantiis periti pictoris disse-
 rens, ait: *In omnibus eius operibus (Timantem intelligit)*
intelligitur plus semper quam pingitur: & cum ars summa
sit, ingenium tamen ultra artem est: Quod dicimus, cer-
nere est in Cyclope i lo què in tabula expressit, cuius
miram altitudinem innuere volens artificiosè, circum
circa effinxit Satyros metientes canna pollicem eius.
 Evidentius verò in effigie tam celebri suæ Iphigeniæ,
 quam cum depinxisset ocyus immolendam, vbi a-
 pertè & palam luctum & lachrymas proximorum
 Calchantis & Vlyssis efformasset, insumptis quasi
 & expensis sensibus exprimendo planctui Menelai,
 aliorumque sanguine iunctorum; nihil artis super-
 esse sibi in taberna sua sentiens; *Consumptis affectibus*
non reperiens quo dignè modo patris vultum possit expri-
mere, velans eius caput, & suo cuique animo dedit esti-
modum, inquit Quintilianus. Insinuans patris lu-
ctum tantum fuisse, vt penicillo, coloreve villo di-
gnè non possit exprimi. Ita in orationibus & ser-
 monibus humanis, pauca verba interdum multa
 & innumera mente discutienda proponunt, quæ re-
 ferre longum aut penè impossibile; etiam molestum
 quandoque iurem præbentibus. Sic cum dicit Poe-
 tarum antesignanus Virgilius,

Pictura &
 orationis
 similitu-
 do.

Plin. l. 35.
 cap. 10.

Quintil.
 l. 2. instit.
 cap. 13.

Virg. 2.
 Æneid.
 Psal. 86.

Et campos vbi Troia fuit:
 Et ante ipsum Vates quidam; *Hi fuerunt illic; pau-*
 culis verbis absumpsit & deliguriæ urbem illam cele-
 berrimam totam; animoque æstimanda dedit ruinas
 fanorum, euerfiones arcium, & basilicarû; quin vnico
 verbo

verbo de rasam penitus & euulsam expressit Troiam
 cuius ne columna, semi-rupus murus, lapis in terra
 aut vllum superesset monimentum. Id erat concludo
 re Iliadem ingentem puramini nucis. Similiter admi-
 randus ille totius vniuersi doctor & parens Iesus
 uator, plerisque locis expressit paucis verbis multa
 sub velo, inuolucroq; paucorum verborum occultis
 plurima, vt sermone habito in monte, quem de
 beatitudinibus dicimus, sub dictione *beati*, toties quo-
 ties illam repetijt, inuoluit coaceruationem omni-
 norum bonorum verorum & perstantium, ex placito
 Philosophi Christiani Boetij: *Beatitudo est statum
 nium bonorum aggregatione perfectus*. Istud Iliax, *Dixit
 iusto, quoniam bene, tale est*. Et hic in nostro textu, in
 pellando peccatorem adolescentem, dedit, meo iudicio,
 æstimandas plures conditiones & prauas inclina-
 tiones, quam exprimat; elegantiores quoque ad
 phoram, quam si vulgato nomine peccatorem
 pellasset. Præter conditiones namque peccatoris
 supra recensuimus, sub velo vocis istius delitescere
 arbitret velle commonstrare temeritatem, & im-
 dentiam effrenam omnium peccatorum; quod
 muniter talis audacia, quæ nil aliud est (prout dicit
 Aristoteles) quam aggredi omnia, nihil timere, cui
 vbi timendum est, deprehendatur in iuuenibus
audaxque iuuentus erupit, inquit Lucianus; præ copia
 loris naturalis, qui in ipsis est, securitate nimia
 ponunt in suis viribus, & defectu experientie, dicitur
 Aristotele in Rhetorica. *Qui nihil omnino timet,
 aggreditur omnia, is audax nimirum efficitur*. Vix
 reperias audaciam, præsumptionem uè notatu dig-
 tam in sacris quam prophanis litteris, quam non
 excuerint potius adolentes quam senes. Temeritas
 & facinus audax fuit, attentasse subijcere denudè
 dia populum Romanum seruituri & Tyrannidi
 quiniorem, quos idem populus libertatis amans,
 implacabiliter seruitutem odiens vrbe eiecerat; nos
 inquam istud nunquid non attentauit, potius
 mum nobilis iuuentus Romana, pertracta ad b

& sollicitata per nuntios Regum eiectorum ? Legite historiam Romanam, inuenietis, *Erant in Romana iuuentute adolescentē aliquot noē ij tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat, aequales, sodalesque adolescentium Tarquiniorum, affucto more regio viuere, &c. Audax fuit & cemeratium factum dimonis militis Græci, in obfisione Troia, se sponte captiuum ab luci ferentis à Troianis, & sisti Regi Priamo, execrantis proditorie genus suum, vt hac ratione libertate donaretur, ac donatus solutusque, nocte suscequēte exitum sterneret clausis equo portentosa magnitudinis; & prior urbem igni traderet. Quoniam verò tanta temeritas à vero simili procul abeller, si quidam annos tribueretur, ideo sapiens Vates Virgilius refert iuuenem, tytonem tantum tamque pestidum facinus ausum:*

*Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctū,
Pastores magno ad Regem clamore trahēbant
Dardaniā, qui se ignotum venientibus vltro
Hoc ipsum vt strueret, Troiāq; aperiret Achillis
Obtulerat.*

*Virg. 2.
Æneid. 2.*

Audax fuit Choribe; qui adorsutus hostem, hostis arma ipse, & ex suis pauci effugerunt & simularunt, sed quem Poeta dicit iuuenem, & Cassandram deperuntem. Cateri quoque Poetæ exploratam habentes iuuentutis temeritatem, si quando referunt facinus audax & temerarium, penè semper iuuentuti tribuunt, vt colorem, probabilitatem, auctoritatem dictorum suorum faciant; quod in sene temeritas sit incredibilis. Ex peritioribus Poetis quos celebrauit antiquitas, quidam, ostendens quod maneat supplicium eos, qui temerè & pro libidine contrectare præsumunt, quæ solius Dei prouidentiam, dispositionem, potentiam solummodò spectant, ait Phœrchontem, adolescentem eff. ænem rogasse partem Phæbum, quatenus sibi liceret ad tempus dirigere equos furiosos & indomitos (mansuæ sarē tenellis manibus haud committendum, vt probauit exitus;) non valentem autem regere & continere equos sibi in perniciem suam commissos, fulmine ictum à Ioue, in sempiternam suam ignominiam.

Æneid.

*Ouid. 2.
Metam.*

L Te

Temerarium fuit Icaro, cereis pennis, non natum liter sed arte affixis, volare liberius per aera, solis propius accedere, eius aestum non timere; *audacia quod dicitur volatu*; nec fugere quod pennis spoliare poterant Poetae. Quia vero simile quid vix crederetur sene; notastis, ut ad decentiam sapienter tribuatur tibi iuveni Icaro, non autem parenti Dædalo, qui aliter natum instruxerat? *Medioque ut limite cursum* care, ait, moneo. Cumque temeritatis ageritudo quens sit & communis adolescentiae, vox adolescentis non significaret quoque temeritatem intolerantem peccatorum omnium? Nil enim peccatore magis temerarium.

Quid. 8.

Metam.

Quid rei

veritas

habet. vi-

de apud

D odorii

Siculum

l. 5. verum

antiq.

cap. 13.

Adoles-

centia

peccato-

ris teme-

ritatem

denotat.

3. Quae temeritas effratior, quae insania furibundior aut quae furia rabidior, quam ordiuare castra contra caelum, contra Deum suum; & acie instructa procerum obuia Creatori? Quae vesania castra metati aduersus Deum exercituum; indomitum, inuincibilem Creatorem; cuius facinora, heroica, praecleara, fremitu, admiranda? Quis ille furor, omnipotentem procerum in arenam? Legentes in fabulis ingeniosa aemulationis, genus quoddam superbium Gigantum proteruitium, viribus suis nimium praesumentium, attentasse bellum ferre caelicolis, montes super montes coaceruauit, botes & rupes in caelum emittendo, ut raperent, tam frustra, Jouis diadema, quem caeca Gentilitas falloribus gebat Diuorum Principem; sceptrum manibus eripuerunt, solio regio deturbarent, vi & armis Iracundiam Monarchiamque caeli terraque sibi adsciscerent, quam, ad huiusmodi narrationes, solum veterum

Virg. 6.

Aeneid.

Autor

Aetna,

vel Verg.

vel Cor-

nelius Sa-

uerus

Ouid. l. 1.

Metam.

Fast. 5.

Qui manibus magnum rescindere calum
Aggressi superisque Iouem detrudere regnum
Tenta uere (nefas) olim detrudere mundo
Sydera, captiuisque Iouis transferre Gigantum
Imperium: Et victo leges imponere caelo:
Neue foret terris securior arduus aether
Afficta se ferunt regnum calasse Gigantes

Aliaque congestos struxisse ad sidera montes &c.

Si legentes, genus humanum post vniuersalis dilu-
 uij exundationem in tam cæcam prolapsum temerita-
 tem, vt attentatit propugnacula, valla, mœnia, turrem
 qua cælo cæcumen inferis pedem inferret, exstiuere,
 aduersus vltionem Creatoris, contra diluuium alte-
 rum, & vt immortalem nomini suo gloriam cohilla-
 rent volente nolente Deo, stupe nus. *Faciamus, in-*
quiuert, nobis ciuitatem & turrem cuius culmen pertin-
gat ad celum, & celebremus nomen nostrum ante-
quam diuidamur in vniuersas terras. In hebræo di-
 citur: *vt non dispergamur super faciem vniuersa terra,*
 id est, *ne diluuium superueniens dispergat cadauera*
nostra super faciem terre, sicut prædecessoribus nostris
accidit. Sic Lyranus ibidem. Si non sit qui non terre-
 tur, tam sit insensibilis, legens tantam hominum au-
 daciam, qua præsumpserunt sic insultare cælis, Crea-
 torem prouocare in prælium, ei se opponere, & quasi
 chirothecam iacere, siue * paludamentum coecinum
 mittere, in signum certaminis; si demitemur ser-
 uum simpliciter, & subditum moliri defectionem; aut
 bellum inferre Regi, vti factum vidimus à Mezentio
 eruento, ab Antiocho sacrilego, ab Epicuro luxurio-
 so nostri seculi, (proprio nomine non compello quem
 probè nostis, neque verò meretur fax illa funesta im-
 mortalitatem cuiuspiam scriptis, magis quam qui
 toto orbe celeberrimum Dianæ templum Ephesi
 incendit vt sibi nomen acquireret) in Regem Catho-
 licum Hispaniarum: si non sit tam pusio quisquam,
 qui non iudicet execrandos conatus eius, & temeri-
 tate non toleranda infames: quid enim hoc, strami-
 neum subditum consurgere in Regem Chlalybeum;
 aut vas terreum, in æreum? quanto temerarior censenda
 est arrogantia peccatoris, audētis rebellionem mo-
 liri, & deficere à Deo suo? Eò certè arrogantior, quò
 Creator præcellit & excedit in omnibus Reges terre-
 nos, qui collati ad Deum nihil sunt; & quo potestas
 diuina superat omnes vires humanas. O gigantes! Hu-
 manitus loquendo, de monstruoso illo gigante, turri

Gen. xi.

* De præ-
 lii signo
 apud Ro-
 manos,

vide
 Hierony-
 mum cō-
 tra Euseb-
 dium.

1. Reg. 17^o

carnea Goliath, si hinc consideremus prægrandæ staturam, hinc corpusculum tenue & lene Davidis, orbitalis, & pigmæi respectu illius; hinc, multo expensamento acquisitum in bellicis usum; hinc rytociniam quia insectiam pastorculi in militaribus: illius apparatus, micantem enses, clypeum, galeam, lorica, scutum, stam denique probatam omnem armaturam & impugnabilem; istius, adolescentuli inermis petam, aglum, fundam (seposito auxilio Dei quo confortabatur) quis meritò non iudicet temerariù & arrogantiù imperitiù militem, aptiorè pascendo gregi, quara progressui cù tanto leone, audenti adoriri tali modo, portentosam molem? Ast, quis non maiorem prædatoris impudentiam, considerata ipsius fragilitate; per quam ipse sub se cuniculos agit, se ipse comedit & consumit; consideratis armis ipsius imbecillitate natura acceptis, & alijs circumstantijs, rursum, si adamus Deum æternum, infinitum, incorruptibile, impugabile, non subiectum plagis & vulneribus (vti falso armat Homerus Iliade quinta, describens Deos multos saucios, modò in vincula coniectos;) si, inquam, specimus eius omnipotentiam, sapientiam, aliaq; similia, audet sese opponere Creatori suo? Fierine potest tanta cæcitas, audacia tam effrons occupet cor hominis? Ad tantamne insaniam deveniet homo? Jea est, præcator militè cogit, & acie instructa procedit ad ultimum Deum, toties quoties committit peccatum. Pro hominis confirmatione, nunquam legistis in Job: *Abundantia in tabernaculo pradonum, & audacter provocant Deum; cui ipse dedit omnia in manus eorum.* Prædones nominantur peccatores, quia Deo honorem detrahunt, & ius obedientiæ, quæ ipsi præstare tenentur; quasi a Maiestatis eius habentes quicquid possident. Testem audite Eliphaz Themanitem amicum Job, qui ratus Job præcatorè, exprobat ipsi cotelatum, & accusat tumens spiritus in Deum. *Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cecigians ait tonitros habes oculos? Quid tumer cor tuum? Deum spiritus tuus? Idem alibi aperius docet quod dicitur ea elegancia, vt videatur texere voluisse historia, con-*

Iliade 5.
Venus à
Diomedes
vulneratur,
Mars capitur,
Pluto, Iano
no sagittis
vulneratur.
Job. 12.

Job. 15.

taminis sue duelli Dei & peccatoris; vidisse tanquam
 verus historicus qua scribit, apparatusu superbu, gres-
 sum insolentē, vultu spirantem minas, acre certamen
 peccatoris aduersum Deum: *Tetendit impius aduersus* *Ibidem.*
Deū manu suā, & contra omnipotentē roboratus est. Cu-
currit aduersus eū erecto collo, & pingui ceruice armatus
est. Quid euentius desiderare queam? Quid bellum
 alteri inferre, si hoc non sit? Quid Deū prouocare; quid
 cum eo conferere velle, si hoc non? Nonne videmus om-
 nes has minas omnia ista bellica facinora vsu pari
 & parari in Deū à peccatore? An non leuare manum
 suam aduersus Deum, opponere velle humanum, velle
 diuino; audere quippiam in ipsius æquissimas consti-
 tutiones? Nonne suscitare aggeres & propugnacula,
 vt se ducto vallo cingat aduersus Deum suum, fingere
 excusationes in peccatis; pallia, tegumenta, inuolucra,
 latibula peccatis querere? Pluris facere erraticū suum
 iudicium, quam Dei infallibile? An non se munire, &
 vires suas augere in Deum; conari pellicere & pertra-
 here secū modò hunc, modò illū in defectionē à Deo
 scandalizando eos, aut perperam suadendo in vitam,
 quam ipse viuit, effusam deducere. Nanquid non clas-
 sico & voce preconis conscribere militem contra Deū,
 ac si consortio in peccatis tutus & immunis esset ab a-
 nimaduersione diuina; quemadmodum agger, vel se-
 pimentum protegit castra ab excursione hostium? An
 non repellere Deum à manibus quando irruptionem
 facientē appositis scalis & machinis, colloquiū peten-
 tē, nobis offerentē pacis fœdera omnem mansuetudi-
 nē, omne misericordiā, per seipsum, nos inspirando &
 cōmouendo iuterius; per suos fœciales & interpretes,
 Prophetas; per legatos & nuntios, prædicatores, au-
 dire renuimus, & à nobis repellimus? *Coniugiu ita sus* *Tobia. 6.*
cipiunt vt Deū à se & à sua mēte excludant, ait Raphael
 ad Tobia: remittimus nuntios eius vacuos re infectis;
 neq; hoc solum, quin interdū calumnijs & maledictis
 lacessimus, præter omne ius bellicum, omni rationi
 receptū: Quando rursus tormēta bellica in nos col-
 limat & explodit acriter, arietes & machinas, admo-

vt pecca-
 tor leuet
 manus
 contra
 Deum.

ner, quatiens tribulationibus; & afflictionibus; quado fame premit, & omnē annonā præcludit, quocōda nostra concutiat, emolliat, & obedientiæ compo-

lat subire iugo, non tremur, non pauemus? *Cor. 13. 9.* *Exodi. 9.* *Job 41.* *raonis ingraturum est. Cor eius indurabitur tanquam lapis & stringetur quasi malleatoris incus. Quando prætea admonis scālis & manibus labefactis ipso in pressione faciente, cædente sparsim tam peste, quæ ferti acie, & insequente flamma ferroque, animū inamur, armamur furore; vt malimus pertinaciter perire gladio, quam dexteram eius amplecti, & in ditionem venire? Quid, Deo insultare? Quid Dominum suum prouocare, sese illi opponere, si hoc non? Quid dicam, quod peccator non solum dicitur resistere, sed titer cinctus aggere & vallo expugnanti Deo, quoniam iam in scripturis sacris dicitur eo temeritatis alligari, vt ipse excursionē facta, vellet, imò irruat a seipso Deum, & dimicet singulariter? Legistis, ni fallor, in rudissimis vaticinijs Job: *Cucurrit aduersus Deum impius, erecto collo. Notate, cucurrit.* Idem loquutus genus occurrit in prophetia Dauidis: *Quare fremunt gentes & populi meditati sunt insania? Astiterunt Reges terra & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Ac si dicat Deus bone! qui fremunt & fremitu suo eundem perturbant? Qui eō temeritatis & arrogantie impelluntur, vt castra mouere audeant aduersus Dominum, & aduersus Christum eius? Fœdera pacisci, coniurationes, conspirationes moliri aduersus Deum celi; aduersus Deum Deorum; aduersus principem Regum terra; aduersus Regem Regum; aduersus Dominum Dominorum, & aduersus Dominum & Deum exercituum: Admirabile, vt potius incredibile est, tamen verissimum, quod peccator adoriatur Deum; prior irruat in eum, vt bis procacibus lacessat & blasphemijs; prout pridem Sennacherib; & hoc tempore blasphemij nostri; prouocet & pertrahat in arenam. Placetne euidenter vobis demonstrare & palpabiliter? An non videtur bellum inferre, aut inferre velle Regi suo, qui post hanc*

Exodi. 9.
Job 41.

Job. 15.
Psal. 2.

7.

præstitam, & iureiurando promissam obedientiam, aduenientibus edictis regijs immediatè à Rege, aut à legatis, siue deputatis ab ipso cum plenitudine potestatis, ijsque sufficienter promulgatis, nihilominus morem gerere renuit, resistit, & opponit sese? Quis dubitet? Nunquid non molitur bellum in Regem, qui non solum non exequitur per contemptum & omissionem quæ imperat Maiestas regia, sed magis directè contraria facit? Certissimè Cæsari bellum non denuntiat, qui Cæsarem exiit vestigalibus, tributis, censibus ipsi debitis? Non est dubitandum. Bellum in Regem non molitur, qui cum hostibus capitalibus eius paciscitur, dexteras iungit; aut Regem munitio- nibus pellit, vel intrare volentem non admittit; qui aufert & rescindit regni partem? Rem dilucidam non negabis vnquam. Deus verò noster Rex est, Cæsar est, Imperator est omnium creatorum. Nos homines, sumus bona pars subditorum eius. I. Huic Augusto Cæsari omnes nomina & fidem dedimus; abiolutam obedientiam sacris expiati lymphis iureiuran- do promissimus, *Iuravi & statui custodire iudicia iusti- tiate.* Edicta ab ipso immediatè emanantia sunt leges euangelicæ: constitutiones legatorum plenaria potestate fultorum, sunt præcepta Ecclesiæ Apostoli- cæ. Ijs igitur nobis probè cognitis & promulgatis quando resistimus, & opponimus nos, volentes ea o- pere complere, non censebimur perduelles? Si resistere est rebellare; & rebellare est, dimicando se alteri o- ponere; qui resistit Dei legibus & Ecclesiasticis con- stitutionibus, non rebellat, non repugnat, non se o- ponit certamine? Nunquid hoc non certate & dimica- re aduersus DEVM? II. Adhæc, si opere non com- plet peccator leges Dei, vt sunt, opitulari viduæ, pa- trocinari pupillo, succurrere pauperi (prout per Isa- iam mandat) & alia id genus; quin è contra, oppri- mit viduas, spoliat orphanos, depascitur pauperes, viuens in modum Harpijæ, siue sanguisugæ & intru- melcès sanguine, visceribusq; afflictorū; *Pupillo non in- dicant, & causa vidua nō ingreditur ad illos. Denorāt ple-*

III
IV
I.
Psal. 113.
II.
*De Har-
pijs vide
Virg. 5.
Æneid.
Tristius
haud illis
monstrā.*
L 4
beno

hem Dei sicut escam panis; non erit hoc leuare signum
& manum contra Dominum? *iii.* Si non pendet peccator
tributum diuinum quod debet, vt sunt gratias
actiones, & sacrificia cordis nostri &c. *iv.* Si studium
statu ambicioſa, si tædus inſit cum hoſtibus Dei, quod
est crimen lætæ maieſtatis, *Non inſubſidius cum hoſtibus
ſuis, & cum Dijs eorum,* non videtur beſum denuntiare
rei: Quod vero pacificatur cum hoſtibus, probatur
hoc modo: iurati hoſtes Dei noſtri ſunt principes
nebrarum, qui pridem primam moliti ſunt deſectum
nem in caſis; qui ſine iuſta quærela, ſine vlla ſpecie
ſtitia ſparſerunt per vniuerſa caſtra caſtica ſeditioſam
tam furibundam, vt neceſſum fuerit Omnipotentem
iudicare infinitos morti ciuili, excludere curia ſua
pellere in exilium non minus miſerabile quam iuſtitiæ
minabile; qui nihilominus flagello iſto non proſeque-
runt; ſed, ad iuſtar lætæ (quæ minutum diuina ſe-
ſeilla mutantur cædenti, lætæ amplius, & ingratis
ſuam rabiem oſtendi furioſiorem) ſine pace, ſine iuſtiti-
ciji, tuſum aggreſſi ſunt Deum & gloriam eius, quæ
cupiunt, (eti in vanum) penitus ſepulcrum; Eccleſia
eius, ſub qua conantur cuniculos fodere, contem-
tes priuare capite & nauarcho Jeſu Chriſti canonicum
ſuperſedere in agro eius zizania falſorum dogmatum
vnde merentur in Euangelio inimici hominis notari
Inimicus homo hoc fecit; & a nobis dicuntur perſeque-
emphatica, hoſtes noſtri (non canimus in templo ſe-
ſtem repellas longius. Hoſtemque noſtrum comprouocet. Ca-
*nes inſidias inimici ab ea longe repelle; Aduerſarius
ſter diabolus.)* Quod autem ipſis inimicus ſit Deus, pro-
uimus per maximam vniuerſalem crebriò repetitur
in ſcripturis aſſerentibus DEVM odiſſe impietatem
& impietatem. *Odiſti omnes qui operantur iniqui-*
tem. Altiffimus odio habet peccatores. Similiter odio pro-
Deo impius & impietas eius. Quod ſi de peccatoribus
omnibus priuatis & popularibus, nondum nominatis
tis a multitudine & enormitate ſcelerum id emittitur
tur verè; quanto exoſiores ſunt Deo chiliarchæ, aut
ſignani, tribuni exercitus peccatorum? Exaſperantur
ac-

D. Ambr.
in hymn.
Eccleſia
in Orati
one.

1. Petri. 5.

Pſal. 5.

Eccl. 12.

Sup. 14.

acrius in duces & authores primarios sceleris patrati, quam in adherentes; & mitius agentes cum militibus sequimus in duces & praefectos: ut quondam Quintus Cincinnas Dictator primus Romanorum, qui parva victoria in Aequios, anno 196. ab urbe condita, petijt Clulium Imperatorem exercitus, aliosque duces reuinctis post terga manibus sibi sisti; dices se non sitire sanguinem Aequiorum, liberosque dimittere abire milites omnes: similiter & Joab Dux castrorum Dauid, canas receptui confisso corde Absalonis authoris conuersionis triplici hasta, ut parceret multitudini: Deus quoque nosset, qui acrius & principalius animaduertit in exploratores Palaestinae, qui falsa relatione causam dederant obloquendi, murmurandi, rebellandi aduersus Moysen; Chore pariter, quod obloquutus fuisset Moysi & Aaron, ac in eum finem alios suas partes pertraxisset, aspectus fuit correptus, ut libro Numerorum fuse narratur. Sunt porro diaboli instigatores seditionum, & chiliarcha peccatorum: igitur potissimos hostes habet eos Deus, certum est. Notis vero distincte inhibuit nobis a Deo miscere colloquia cum ipso, aut villo modo negotiari; necessitudinem habete priuata vel aperta; mandatumque datum de odiendo eo, & resistendo conatibus eius. Sacrosanctae illius Decretalis, quae habet, *Odio habebis inimicum tuum non estis ignari*; ubi sumitur iudicium pro diabolo, etiam ex sententia D. Augustini. Hem! iuratum hostem! O aduersarium capitalem communem nobis & Deo! Conclametur ad arma; *resiste, resiste*. Auditores, hosti isti communis *fortes in fide*; Dudum denuntiatum est bellum aduersus eum. *Ad 1. Pet. 5. versarius vester diabolus, cui resistite fortes in fide. Subditi Iac. 4. estote Deo, resistite autem Diabolo.*

Nonne hoc ipsum volebat Dominus, cum distincte prohiberet genti Israeliticae considerationes, pacta, amicitia, commercium cum nationibus exteris, idololatras, geminans & repetens capite 2. Iudicum & alibi crebro eandem constitutionem? *Non ibis cum eis* (Hethaeo, Gergesaeo, Amorrhaeo, Chanaanoe & Sadae, nec

Tit Liv. decado 1. lib. 2.

2. Reg. 19.

Num. 14.

Num. 16.

Deut. 15.

Leuit. 9.

Ad 1. Pet. 5.

Subditi Iac. 4.

Exod. 23.

Deut. 7. *miserereberis eorū.* Peccator verò offendēs Deū necesse est in crudelitate iungitur hosti, complacet & famulatur ei. Quæritur quæ ratione peccator denuotiet Deo & feratque bellum? Ad hæc, quis nesciat mundum, & dico hanc vniuersi fabricam admirandam, sed eius incolæ eius (sic compello impios quia sibi placeant) immoerentur, non tanquam peregrini & viatores, quasi cruces & domestici; siquidem iusti non aliter viantes se habent, vti postmodum dicitur, fauente mine, ad eum locum, *Adhæsit vni ciuium regionis* &c. quis ignorat, inquam, mundum hanc Deo cum, non dico, pro inimico habitum, sed inimicam agentem contra creatorem suum? Intrante filio hunc mundum, non est à mundo agnitus; in propria venit hæreditatem personaliter, nec sui receperunt, ait scriptura; tu verò in corde tuo tenuisti eum, mittere eum, nonne ibi facta & argumta sunt? *Mundus per ipsum factus est, & mundum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt.*

Ioan. 1.

Augustinus tract. 2. in Ioannem, per propria, mundum exponit. Et epist. 120. ad Honoratum, sic fratres nos exponimus. Alias expositiones alias oportet. Cyrillo li. 1. in Ioan. ca. 11. ex Greg. li. 14. Mor. ca. 19. de Iudæorum populo videntur tantum intelligi adducemus. Stupendum & dolendum, quod Rex agnosceatur in sua vrbe, ab ipsomet exstructa; Princeps in suo castro; pater familias in domo. Nihilominus euenit O dedecus! O bellum apertum! Filius Dei Princeps, Rex pater huius mundi, adueniens non agnosceatur. Venit in propria, *is rã idia* &c. & sui eum non cognouerunt. Quid quæso inimicum esse, si iusmodi non sunt inimici? Tarquinij Romani, occisus sibi in faciem portis vrbs ingredi volentibus, iudicantur aperto Marte certari? Profectò non per Deum noster non iudicare aperto, & proclamato bellum certari. Verùm, fortè poenas dederunt, & pacis facti reconciliati sunt? Absit; *quim odium illud mundum*

Tit Liv. decade 1. lib. 1.

De

Deum incrementa iugiter coepit; aggreditur Christum, inuadit assidue qui sunt eius; uti fuso sermone demonstrari posset, si per otium liceret: sufficit, quod ipsemet testetur ad Apostolos, dicens: *Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Si pro quia.* Est ergo mundus Deo inimicus: atque quoriscumque commeterum aut colloquium habes, & peccator, à partibus eius stas; mutua inter vos necessitudo intercedit; alius haberi nequis quam Deo hostis, ex testimonio sanctotum Apostolorum. Si enim is ad blandiri nobis censetur, qui ab blanditur cani nostro, iuxta vulgatum illud, *Qui amat me, amat & canem meum*: ita & contra, nequit Deo amicus haberi, qui gratulatur, qui amatiuratum hostem eius; qui complectitur, quod flamma ferroque insequitur. Amicus ne Pompeio, qui Casari adhæret? Amicus leoni, qui vrsu demulcet? Amicus gallinæ qui miluum alit? Amicus lepori, qui venatores fouet? Amicus agno, qui lupum sustinet? vos ipsi quæso iudicate, *Auditores*. Quemadmodum Pomponius nobilis Romanus, plagis ex acii certamine linidus, ductus ad Mithridatem, & rogatus, num necessitudine iungi cuperet ei, sanus factus, respondit; Amicus erò, si Romanus tu fueris amicus: ita Deus noster amicus erit peccatoribus, ubi amauerint quod amat; ast inimicus, si dilexerint quæ mundus diligit. Memineritis determinationis quam adfert qui præcipuus ipsi à secretis erat. *Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo*. non annumeratur ijs qui arcta necessitudine sunt Deo coniuncti. Evidentius alius quidam Apostolus id ipsum testatur dicens: *Nescitis quia inimicitia huius mundi inimica est Deo?* Et secundum aliam lectionem; *inimicitia ipsa? Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.* Quid apertius dici queat? Imò crediderim, quod sicuti inclytus quidam inter Romanos, dicebat apertos hostes quos non videret aperte prolesitare; ita semper Augustus Cæsar noster,

Ioan. 15.

Erasl. 6. apoph. 8a

1. Ioan. 2. Iac. 4.

non solum ducit aduersarios apertè inimicis conderatos; sed & quoscumque neutros, nec calidos, nec frigidos; aut eos qui apertè non sequuntur partem eius *Qui non est mecum contra me est*; & quicumque alios pertrahat, & adducat sub iugum obedientie. *Qui non congregat mecum spargit*. Inter aureas leguas condidit sapiens ille dolon, vna ipsi peccata est; nec enim aliquando huic similis fuit instituta. iubet, vt ingruente seditione civili, qui cuius de hensus fuerit a neutra parte stare, nec vllatenus communicare, notetur infamia. Quam legem etiam rem inter Christianos restitutam in præconatos istos politicos; sic enim se nominant rei turpissimi honestissimum nomen tribuentes; qui vana præsentia stimulat, utriusque student parti, hæreticis & catholicis æquali lance. Porro, lex ista infamem ducit nomen turmam naturam in seditione, & vult omnes terutri parti studere. Dominus verò Iesus rigidus in hoc casu censor; non solum obsecrum & infamiam habet, omnem neutri adhærentem parti, sed capites reputat hostes quoscumque sibi non student. Quia, non vult quemquam simpliciter, sibi adhærenter qualiter, sed eo modo, vt nullatenus ad hanc partem faueat, nec duabus sedeat sellis, vt aiunt, *Duo sedere sellis*; non refertur speciem leopardi, cuius rostrum, id est, Christiani species; & pantheræ, cuius seu variolæ; id est, versutia, dolus mitum in modum varius, non imiteretur phocam, siue vitulum marinum qui terra, marique pascitur; non claudicat in vtraque partem; communicando calido & frigido; non tepidus; calido, participans Christianismo per se; frigido, sectando paganismum perditis moribus, & prauata viuendi licentia; ne tanquam tepidam & seam prouocantem, euomat, & in numerum pellat proborum, vt huius fatinæ cuiquam minatur ut in poealipsi: *Quia tepidus es. & nec frigidus nec calidus accipiam te euomere de ore meo*. Peccatores omnes, Christiani splendido nomine gaudentes, nihilominus

Matt. 12.

Plut. to. 2.

mor tract.

de sera vlt.

tione nu-

mitis,

Irem to. 1.

vit. in So-

lo.

Sall. Orat.

in Cicer.

volum. 3.

Apo. 3.

sequentes institutum, quod Christum non spirat, sed magis olidum, & paganissimum redolet; qui utriusque parti studet, Deo adherendo tenuiter per fidem, amplius multo diabolo perditis moribus; quicumque claudicat in utramque partem, & duabus sedet sellis: ignorans Deum auersari ambidextros & utinatos, & pro inimicis habere quoscumque omnino sibi non studentes, non fatebuntur se adolescentes, amentes, temeros, temeriores temeritate ipsa, audentes iugi versari & viuere in inimicitia aduersus Deum illum omnipotentem? Peccator itaque designatur optime hoc adolescente, quod sicuti adolescens tuget temeritate & arroganti; ita nihil temerius sit peccatore, in Deum insurgente, haud secus quam scarabeus in aquilam, aut pigmaei in gigantes. verum, o peccatores, sanguine feruentes, adolescentes vesani (quorum dixit Deus non sim primus) quousque impetum faciemus in Deum nostrum, opposites aequillimae ipsius volantati, iniquissimam nostram? Eius placito, perditissimas concupiscentias? Aequitati & perpendiculari reuulsiuissimo sapientiae diuinae, phantasticas & sinuosas opinionones nostras! Animaduersioni eius, peruicaciam Pharaonicam?

Vos quoque Haeretici, eos usque effrantes & effusi ut scommatibus, calumniis, blasphemijs petere audeatis Deum, & in contumeliam Domini, ignominiosè; & inhumanè excipere famulos, nunquam libidinis audaciae uestrae remitteris cornua? *Durum est contra*

Aa. 9.

stimulum calcitrare.

Ardua res homini mortali vincere numen.

Nos etiam Christiani, saepenumero soluentes fidem in sacrosancto Baptismo praestitam; qui ieiunia, festos dies, aliaque ab Ecclesia in nomine Dei iniuncta non plaris facimus quam aniles, fabulas & deliria; nos qui conuenimus, & prophanum patiscimur fœdus cum diabolo primario ipsius hoste; quibus est arctissima necessitudo cum mundo complice huius; qui tam remissè gradimur; qui penitus Deo non adheremus; omnes agnoscamus inexcusabilem nostram temerit-

meritatem; dispiciamus quem Colossū infirmū
 homunciones componamus; in quam celsitudinem
 Maiestatē insurgat pusillitas nostra; quem aggre-
 mur gigantem nos pusiones, & nani cubitales. In
 omne bellum maturè discutendum est priusquam
 choetur, hoc maximè, antequam in arenam delate-
 tur, & certetur, pensandum & ruminandum venit.
 omne bellum perperā susceptū finem per legationes
 & æquas pacis conditiones cito capiat oportet
 mine eius, qui videt se non posse occurrere ei qui
 viginti milibus (vt loquitur Euangelium) venit
 nos, arborum folia, nos festuca arida à vento rapta
 nos nihil (si omnimoda potentia desertaret nobis
 Deus) ne temere, & præcipitanter arripiamus arma
 Deum, sancto ipsius placito opponendo. Quod
 sumpsimus, aut assumamus quandoque temerè,
 consultè, absque pondere & matura consideratione
 iuuentute & fragilitate humana, ocyus, ocyus abici-
 mus. Victas protendamus, & demus manus misericor-
 diae eius. Subeamus humiliter iugum eius, arena ce-
 tes; rogemus cum Propheta, obliuiscatur contumacia
 num, & defectionum à Maiestate eius per iniquitates
 nostras, confitentes potentiam eius semper victorū
 & inuincibilem.

Proverb.

Hestā ab-
 icere. Da-
 re manus.
 Ire sub iu-
 gū. Arena
 vel cāpis
 edere.

*Psal. 78. Ne memineris iniquitatum nostrarum
 quarum, citò anticipent nos misericordia tua.*

Virg. l. Æneid. Pacem te poscimus omnes.

Jdem l. 12. Æn. Vicisti, & victum tendere palmis.

Ausonij videre,

ulterius ne tende odijs.

Ioel. 2. Parce Domine, parce populo tuo.